



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Priori Et Canonicis sanctæ Catharinæ Waterfordensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

manentibus exhortandi licentiam tribuen-
tes competentibus horis & locis. Datum
Laterani i.v. Idus Maij, anno tertiodecimo.

*In eandem modum scriptum est Archiepiscopo
& suffraganeo Ecclesiae Narbonensis. Datum
ut in alia per totum.*

PRIORI ET CANONICIS
sanctae Catharinae Waterfordensis.

Epi. 29.
Recipiuntur
ab protectione
et spoliatione
fidelium
victimamque.

CVM à nobis petitur quod justum est
& honestum, tam vigor æquitatis
quam ordo exigit rationis ut id per follici-
tudinem officii nostri ad debitum perduca-
tur effectum. Eapropter, dilecti in Domi-
no filij, vestris justis postulationibus grato
concurrentes assensu, Ecclesiam sanctæ
Catharinae Waterfordensis & personas ibi-
dem Domino famulantes, cum omnibus
bonis quæ in præsentiarum rationabiliter
possider, aut in futurum justis modis p[re]f-
tante Domino poterit adipisci, sub beati
Petri & nostra protectione suscipimus. In
primis siquidem statuentes ut ordo canoni-
cus, qui secundum Deum & beati Augu-
stini regulam atque institutionem fratrum
domus sancti Victoris Parisiensis in eodem
loco institutus esse dinoscitur, perpetuis
ibidem temporibus inviolabiliter observe-
tur. Specialiter autem insulam extra mu-
ros Waterfordie, in qua sita est Ecclesia
ipsa, cum omnibus pertinentiis suis, Ec-
clesiam de Kiloteran cum omnibus perti-
nentiis suis, Ecclesiam de Inesbrie cum
Killolonan & una carrucata terræ ac aliis
pertinentiis suis, Ecclesiam de Kilcronete
cum omnibus pertinentiis suis, Mulloch-
pissi cum omnibus pertinentiis suis, Eccle-
siam de Ballicherechan cum omnibus per-
tinentiis suis, Ecclesiam de Fidum cum
omnibus pertinentiis suis, Ecclesiam de
Kilmedimoc cum omnibus pertinentiis suis,
& omnia ecclesiastica beneficia de Odaga-
tha Omilum cum omnibus pertinentiis suis,
& unam piscariam in Odagatha Omilio,
& duas piscarias apud Fidum, & unum
mesuagium cum horto suo, & quandam
terram apud Inesbrie ad grangiam con-
struendam, quam nobilis vir Helias filius
Normanni pia vobis liberalitate concessit,
sicut in ipsius authentico plenius contine-
tur, & Capellam de Radlathgenam cum
pertinentiis suis, & unum mesuagium cum
sex acris terræ, & duo curtigia inter
insulam & muros Waterfordie, sicut ea om-
nia justæ ac pacifice possidetis, vobis & per
vos Ecclesiae vestrae auctoritate apostolica
confirmamus & præsentis scripti patroci-
nio communimus. Nulli ergo omnino ho-

Tom. I I.

minum liceat hanc paginam nostræ pro-
tectionis, constitutionis, & confirmationis
infringere, vel ei ausu temerario contraire.
Si quis autem hoc attentare præsumperit,
indignationem omnipotentis Dei & beato-
rum Petri & Pauli Apostolorum ejus se no-
verit incursum. Datum Laterani i.i.
Idus Maij, anno tertiodecimo.

H V G O N I R A Y M V N D I
Canonico Ebredunensi.

CVM M. mulier Bononiensis, que te
in præsentia dilecti filij nostri Gual-
fanctæ Mariæ in Portico Diaconi Cardina-
lis, quem ipsi & tibi concessimus auditio-
rem, petebat in virum, tandem post al-
tercationes multiplices coram venerabili
fratre nostro Tufculano Episcopo libera
& spontanea voluntate continentia votum
emiserit, & tu militaturus Domino in cle-
ricali proposueris ordine permanere, à no-
bis humiliter postulasti ut tibi super hoc
paterna dignaremur in posterum sollicitu-
dine providere. Volentes igitur quieti &
honestati tuae de consueta sedis apostolicæ
providentia praecavere, tam votum mulie-
ris prædictæ quam propositum tuum gra-
tum habentes & ratum, & cùm pro ma-
trimonio, quod te secum contraxisse dice-
bat, nihil coram auditore probaret, te ab
impitione absolventes ipsius, ne occasio-
ne hujusmodi matrimonij molesteris ulte-
rius ab eadem, auctoritate apostolica inhi-
bemus. Nulli ergo omnino hominum li-
ceat hanc paginam nostræ inhibitionis in-
fringere vel ei ausu &c. Si quis autem
hoc &c. usque incursum. Datum Latera-
ni i.v. Nonas Iunij, anno tertiodecimo.

Epi. 30.
Abolitur ab
impitione
cojudicata mu-
licetis.

R O B E R T O A B B A T I
Monasterij sancti Martini Troarnensis,
ejusque fratribus tam præsentibus quam fu-
turiis regularem vitam profallis in perpetuum.

QVOTIENS à nobis petitur quod reli-
gioni & honestati convenire dinos-
citur, animo nos decet libenti concedere,
& potentium desideriis congruum suffra-
gium impertiri. Eapropter, dilecti in Do-
mino filij, vestris justis postulationibus cle-
menter annuius, & præfatum monaste-
rium sancti Martini de Troarno, in quo
divino estis obsequio mancipati, sub beati
Petri & nostra protectione suscipimus &
præsentis scripti privilegio communimus.
In primis siquidem statuentes ut ordo mo-
nastricu[s], qui secundum Deum & beati Be-
nedicti regulam in eodem monasterio insti-
tutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem

Epi. 31.
Recipiuntur
ab protectione
et spoliatione
fidelium
victimamque.

LII jj